(193)

SERV. R.P.R. ARHIVELOR STATULUI CLUJ DEPOZIT

Illustrissime princeps domine domine nobis clementissime. Fidelium perpetuorumque
servitiorum nostrorum in favorem Ill.ma Cels. Vestra humillimam
oblationem. Vestra noverit Cels. nos literas quasdam introductorias
pariter et statutorias pro parte et in persona Generosae dominae
Petronellae Boldy relictae Egregii quondam Thomae Thorey
de Zarand confectas et emanatas, nobisque praeceptorie sonantes et
directas honore et obedientia quibus decuit recepisse in haec verba.
Sigismundus Bathory de Somlio Vayvoda Transsylvaniae et Sicu-
lorum Comes etc. Egregiis Nobilibus Gabrieli Zakoii, Casparo
Chaty, Nicolao Toroczkay, Stephano Colosvary, Joanni Deszer,
et Gabrieli Laczugo, notariis et scribis Cancellariae nostrae maioris,
de curia nostra missis, item Francisco Balnoy, Michaeli Hor-
vard, Gabrieli Porok et Joanni Verseudy de Batro, Petro
Feier, et Joanni Kalloy alias Ispan, de Magyargald, Petro
Virginas alias Berdak, Melchiori Zabay et Joanni Chuta
alias Racz, de Tovis, salutem et favorem. Cum nos illis binis
literis nostris fassionalibus, quarum unis Nobilis Petrus Debelle
de Tovis, totalem et integram domum etiam suam nobilitarem
emptitiam desertam, in possessione Magyargald dicta, in vicinitate
domorum, ab una Nobilis Joannis Ispan, ab altera vero partibus
providi Thomae Kasa, iobbagionis Nobilis Petri Feier de eadem
Magyargald, in Comitatu Albensi Transsylvaniae existentem habitam, simul
cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, in et pro flo-
renis octoginta currentis et usualis monetae. Alteris vero Nobi-
lis Caspar Bolda, filius Nobilis quondam Joannis Bolda
senioris de dicta Magyargald, totalem similiter et integram
unam sessionem suam iobbagionalem desertam, in praedicta possessio-
ne Magyargald, in vicinitate domus, providi Petri Jovanis
alom Nicolaus Bengyory Kolcsar, ac in fine eiusdem possessionis
Magyargald, in comitatu Albensi Transsylvaniae existentem, simulcum

cunctis

1591. IV/67.

cunctis earundem vtilitatibus et pertinentiis quibuslibet, vt et pro summa
quinquaginta duorum florenorum Hungaricalium, Generose domine
Petronelle Choldy, relicte Egregii quondam Thome Thorny de
Zerdes, ipsiusque haeredibus et posteritatibus vniuersis, ex
causis et modis in literis fassionalibus declaratis, dedisse, vendidisse,
et abalienasse dinoscebantur, nostrum prebuimus consensum
beneuolum pariter et assensum, Et nihilominus attentis et con-
sideratis fidelitate et fidelibus seruitiis, prefati quondam Thome
Thorny, que ipse nobis et huic regno, pro locorum et temporum
varietate, summa cum animi sui promptitudine constantia et alacritate
exhibuit, Totum item et omne ius regium, si quod in dictis domo
et curia Nobilitari, ac sessione iobbagionali desertis, qualiter-
cunque existeret, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et ra-
tionibus concerneret collationem, simul cum prescriptis cunctis suis
vtilitatibus et pertinentiis quibuslibet, ad idem ius regium de iure et
ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et an-
tiquis limitibus existentibus, memorate Petronelle Choldy, ipsiusque
haeredibus et posteritatibus vniuersis, vigore aliarum
literarum nostrarum consensualium superius annotatarum et enarra-
tarum in perpetuum saluo iure alieno dedimus, donauerimus et
contulerimus, Volumusque eandem Petronellam Choldy, in dominium
earundem domus et curie Nobilitaris, ac sessionis iobbagionalis
desertarum, iurisque regii in eisdem qualitercunque habiti, per vos legi-
time facere introduci, Super quo vestre fidelitati harum serie committimus et
mandamus firmiter, quatenus acceptis presentibus, statim simul vel duo vestrum
sub oneribus aliis in talibus obseruari solitis, ad faciem prescripte
possessionis Magiargald, consequenterque domus et curie nobilitaris
ac sessionis iobbagionalis desertarum, in eadem possessione ac predicto
comitatu Albensi Transsyluano existentibus, habitarum, vicinis et
commetaneis

commetaneos earundem universis inibi legitime convocatis et
praesentibus accedendo, introducatis praefatam Petronellam Tholdy
in dominium earundem domus et curiae nobilitaris ac sessionis
iobbagionalis desertarum, iuriumque regii in easdem qualitercunque
habiti statuatisque easdem et idem eidem, ipsiusque haeredibus et
posteritatibus universisque sequentibus universis, simul cum praenominatis
cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, iure ipsi ex
praemissis factionibus, consensuque nostri superinde adhibitio-
ne tenendam, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum.
Contradictores vero si qui fuerint, evocetis eosdem ibidem con-
tra annotatam Petronellam Tholdy, ad decimum quintum
diem a die contradictionis ipsorum computando, in curiam no-
stram, nostram scilicet in primam rationem contradictionis eorum
reddituros efficacem. Et post haec vos seriem huiusmodi
introductionis et statutionis vestrae, simul cum contradictorum
et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui prae-
missae statutioni intererunt, nominibus et cognominibus terminoque
assignato ut fuerit expedita, nobis terminum ad praedictum
fide vestra mediante referre vel rescribere modis omnibus teneatis
et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti
restitutis. Datum in civitate nostra Alba Julia sexta die
1590 nov. 6 mensis Novembris. Anno domini Millesimo Quingentesimo
Nonagesimo.

Nos itaque huiusmodi mandato Celsitudinis Vestrae in omnibus ut par est obedire et
satisfacere volentes feria quinta proxima post festum sacrae Pentecostes
nominatim praenominatum ad facies praescriptae possessionis Meggia-
gald consequenterque domus et curiae nobilitaris ac sessionis
iobbagionalis desertarum, in praenotato comitatu Albensi existentium
habitarum,

habitarum, vicinis et commetaneis eorundem universis, signanter vero
Egregiis Nobilibus Philippo literato, Melchiore Gobay et Joan-
ne Chuka alias Laiz de Teryes, suis ipsorum propriis, item
Providis et Circumspectis Blasio Magiary Iudice et Valentino
Kortes iurato cive Civitatis Banfiloshaziy [illegible] Egregii quondam
Gabrielis Gaty de Mihaly, in Karko, Valentino Vaiasdy iudice,
et Fabiano Baratt iurato cive Michaelis Sasa de Vaiasd in eadem
Vaiasd, eodem Keduel Volffgangi Bornemiszay Cancellarii et Consi-
liarii Cels. Vestrae, Menaila Birsl Thomae Erdeo de Zent
Mihalyfalva, Petro Meledin Joannis Ispan, Buza Kodla
Francisci de Szalkeu, Petro Chorba Joannis Borontay de
Meidzeit, Nicolao Pablo Urbani, Kypparii pastoris ecclesiae
oppidi Karko, Magnifici domini, honorabilis, Egregiorumque
Nobilium, ac Generosae dominae iobbagionibus et colonis in an-
relatis, Oppido et possessionibus commorantibus, similiter suis ipsorum
propriis, ac eorundem dominorum suorum terrestrium nominibus et
in personis, ac aliis quamplurimis inibi legitime convocatis
et praesentibus pariter adstantibus, introduximus praefatam Personel-
lam Holdy in dominium praescriptarum domus et curiae
nobilitaris, ac sessionis iobbagionalis desertarum, iurisque regii
in eisdem qualitercunque habiti, statuimusque easdem et idem
eidem ipsiusque haeredibus et posteritatibus utriusque sexus univer-
sis, simulcum praescriptis cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibus-
libet, iure ipsis ex praemissis pertinentibus, consensuque Cels. Vestrae
[illegible] adhibitione mandatorum, perpetuo possidendas, tribus continuis
et legitimis diebus in factis eorundem domus et curiae nobili-
taris, ac sessionis iobbagionalis desertae, iuxta regni morem et
consuetudinem, moram facientes continuam, nullo penitus tunc inibi
sed neque et post duratis sex quindecim diebus, contradictore apparen-

Serion iuy

SERV. R.P.R. ARHIVELOR STATULUI DEPOZIT CLUJ

Seriem itaque huiusmodi introductionis et statutionis nostrae
simul cum vicinorum et commetaneorum qui praemissae
statutioni interfuerunt nominibus et cognominibus, termi-
nique assignato, uti per nos est expedita, Cels: vestrae
terminum ad praedictum fide nostra mediante rescripsimus.
Eandem diu et quam foelicissime valere exoptamus.
Datum Albae Juliae decima sexta die ultimi diei intro-
ductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini
Millesimo Quingentesimo Nonagesimo primo.

Eiusdem Cels: vestrae

fideles perpetuique servitores.

Gabriel Zalani Notarius
Cancellariae [illegible]
maioris Mag.

Petrus Gerdak Aulae
familiaris Cels. V.

Illustrissimo Principi domino domino Sigismundo Bathory
de Somlio Vaiuodae Transsyluaniae et Siculorum
Comiti etc. Domino nobis clementissimo.

Introducto et
Statim non rescripta

Petr...

SERV. R.P.R. DEPOZIT ARHIVELOR STATULUI CLUJ